



*Ministero dell' Istruzione
Ufficio Scolastico Regionale per il Piemonte*

Torino, 19 febbraio 2020

Certamen Augusteum Taurinense 2020

PROVA DI LATINO

Voci favorevoli e contrarie ad Augusto, nel giorno del suo funerale

Die funeris, apud prudentes vita eius¹ varie extollebatur arguebaturve. Hi pietate erga parentem² et necessitudine rei publicae, in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum, quae neque parari possent neque haberi per bonas artes. Multa Antonio, dum interfectores patris ulcisceretur, multa Lepido concessisse. Postquam hic socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit, non aliud discordantis patriae remedium fuisse quam ut ab uno regeretur. Non regno tamen neque dictatura, sed principis nomine constitutam rem publicam; mari Oceano aut annibus longinquis saeptum imperium³; legiones provincias classes, cuncta inter se conexas, ius apud cives, modestiam apud socios; urbem ipsam magnifico ornatu; pauca admodum vi tractata, quo ceteris quies esset.

Dicebatur contra: pietatem erga parentem et tempora rei publicae obtentui sumpta; ceterum cupidine dominandi concitos per largitionem veteranos, paratum ab adulescente privato exercitum, corruptas consulis legiones, simulatum Pompeianorum gratiam partium.

Tacito

Consegne:

- . Traduci il passo e, sulla base delle tue conoscenze, corredalo di una breve contestualizzazione storica e di un essenziale commento retorico-stilistico (max. 20 righe)
- . E' consentito l'uso del dizionario di latino e di italiano.
- . La prova ha la durata di tre ore.
- . *Non si può lasciare l'aula prima che siano trascorse due ore dall'inizio della prova*

¹ eius = Augusto

² Giulio Cesare, che lo aveva adottato come figlio

³ Reno, Danubio, Eufrate